Fragmentarium



s est omne cor patet et omnis voluntas
loquitur. & quem nullum latet secretum purifica per
infusionem sci spiritus cogitationes cordis nri. ut p fec
te te diligere. et digne laudare mereamur.
et oblatio dne qs cordis nri maculas emund.
ut sce spe digne efficiatur habitaculum.
Sacrificium salutis nre sumentes. concede
nobis dne ds purificatis mentib; sepius tue pie
tatis celebrare mysterium.
Ihesu dne ds. tue gre pietatem supplici deuo
cione deposco. ut omnium malorum meorum uincla
soluas. cunctisq; meis criminib; & a peccatis clemen
ter ignoscas. & quia me indignum. & peccatorem
ad ministerium tuum uocare dignatus es. sic me
doneis tibi ministrum efficias. ut sacrificium de
manib; meis placide ac benigne suscipias

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2318, 17r – Sacramentarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-dhs1/3450/36068)